

Pierfrancesco Porena (Roma Tre)
I materiali raccolti: tipologia, provenienza, archivi

TESTI

Tipologie di testi normativi selezionabili

T 1a. CII, 14, 2 (Ravenna 06 novembre 426):

Imperatores Theodosius, Valentinianus AA. ad senatum. Quae ex relationibus vel suggestionibus iudicantium per consultationem in commune florentissimorum sacri nostri palatii procerum auditorium introducto negotio statuimus vel quibuslibet corporibus aut legatis aut provinciae vel civitati vel curiae donavimus, nec generalia iura sint , sed leges fiant his dumtaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur [...].	Quanto abbiamo deciso in base alle relazioni e ai suggerimenti dei giudici, dopo aver consultato in consiglio condiviso con le più illustri autorità del nostro sacro Palazzo, dopo aver presentato la questione, e qualsiasi altra cosa abbiamo concesso a qualsivoglia corporazione, o ad ambasciatori, o a una provincia, o a una città, o a una curia, non sono norme generali, ma si applicano solo a quelle materie e persone per le quali sono state promulgate, e non devono essere revocate da nessuno [...].
---	--

T1b. CII, 14, 3 (Ravenna 06 novembre 426):

Imperatores Theodosius, Valentinianus AA. ad senatum. Leges ut generales ab omnibus aequabiliter in posterum observentur, quae vel missa ad venerabilem coetum oratione conduntur vel inserto edicti vocabulo nuncupantur, sive eas nobis <u>spontaneus motus</u> ingesserit, sive <u>precatio</u> vel <u>relatio</u> vel <u>lis</u> mota legis occasionem postulaverit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos iudicum programmate divulgari, vel expressius contineri quod principes censuerunt ea, quae in certis negotiis statuta sunt similium quoque causarum fata componere. Sed et si generalis lex vocata est vel ad omnes iussa est pertinere, vim obtineat edicti; interlocutionibus, quas in uno negotio iudicantes protulimus vel postea proferemus, non in commune praeiudicantibus, nec his, quae specialiter quibusdam concessa sunt civitatibus vel provinciis vel corporibus, ad generalitatis observantiam pertinentibus.	Sono leggi generali, che devono essere osservate da tutti in modo uniforme in futuro, quelle che sono contenute in un'orazione (imperiale) inviata alla venerabile Assemblea (senatoria), o siano state definite attraverso l'inserimento del termine editto, sia che la nostra volontà autonomamente le abbia prodotte, sia che una petizione, una relazione (di un funzionario), o un contenzioso pervenuto (a noi) abbia fornito l'occasione di promulgare la legge. È infatti sufficiente che esse siano classificate mediante la denominazione di editto, o che siano state divulgate fra tutte le popolazioni (provinciali/urbane) attraverso un editto di un funzionario, o che in maniera ben chiara sia in esse contenuto che quanto stabilito dai principi in determinati casi sia destinato a dirimere altri della stessa tipologia. Se, poi, la legge è detta generale, o si ordina che sia applicata a tutte le persone, deve ottenere la validità di un editto; e i decreti interlocutori, che, in qualità di giudici, abbiamo reso in una qualunque questione, o possiamo rendere in futuro, non sono pregiudizievoli per tutti; e quanto è stato concesso in modo specifico a determinate città, province o corporazioni, non deve essere di applicazione generale.
---	---

Linee guida nella compilazione

T 2. CTh I, 1. De constitutionibus principum et edictis

CTh I, 1, 1 (26 luglio 322)

IMP. CONSTANT(INUS) A. AD LUSITANOS. Si qua posthac edicta sive constitutiones **sine die et consule** fuerint deprehensae, auctoritate careant. DAT. VII. KAL. AUG. SAVARIAE PROBIANO ET IULIANO CONSS.

CTh I, 1, 2 (27 maggio 391)

IDEM AAA. [Imppp. Valentinus, Theodosius et Arcad. AAA.] FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITALIAE. Perpensas serenitatis nostrae longa deliberatione constitutiones **nec ignorare**

quemquam nec dissimulare permittimus. DAT. VI. KAL. IUN. VINCENTIAE, TATIANO ET SYMMACHO VV.CC. CONSS.

CTh I, 1, 3 (27 febbraio 393)

IDEM AAA. AURELIANO P(RAEFECT)O U(RBI). Omnia constituta non **praeteritis** calumniam faciunt, sed **futuris** regulam ponunt. DAT. III. KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) D.N. THEOD(OSIO) A. III. ET ABUNDANTIO V.C. CONSS.

CTh I, 1, 4 (22 agosto 393)

IDEM AAA. VICTORIO P(RO)C(ONSULI) ASIAE. **Generale praeceptum** beneficio speciali anteferendum est. DAT. XII. KAL. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) THEODOS. A. III ET ABUNDANTIO V.C. CONSS.

T 2a. CTh I, 1, 5 (26 marzo 429)

IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. AD SENATUM. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis **cunctas** colligi **constitutiones** decernimus, quas Constantinus inclitus et post eum divi principes nosque tulimus, **edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas**. Et primum tituli, que negotiorum sunt certa vocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est, collocetur; dein, quod in utramque dici partem faciet varietas, lectionum probetur ordine non solum reputatis consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis validiora esse, quae sunt posteriora, monstrante; post haec, ut constitutionum ipsa etiam verba, quae ad rem pertinent, reserventur, praetermissis illis, quae sancienda rei non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere conveniet, **hunc** quidem **codicem** et priores diligentioribus compositos cognoscamus, quorum **scholasticae intentioni** tribuitur nosse etiam illa, quae mandata silentio in desuetudinem abierunt, pro sui tantum temporis negotiis valitura. Ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis, eorundem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus vitandaque monstrabit. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices – quorum primus, omni generalium constitutionum diversitate collecta nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa, inanem verborum copiam recusabit, alter omni iuris diversitate exclusa magisterium vitae suscipiet – deligendi viri sunt singularis fidei, limatioris ingenii; qui, cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione fuerit, pertractandum. Electos vestra amplitudo cognoscat: Antiochum virum illustrem, ex

A somiglianza del Codice Gregoriano ed Ermogeniano, deliberiamo di raccogliere tutte le costituzioni che l'inclito Costantino e dopo di lui i divini principi e noi abbiamo promulgato, quelle sostenute del vigore degli editti o dall'imperiale universale portata. In primo luogo, i titoli, che sono le solide designazioni degli argomenti (in essi contenuti), devono essere suddivisi in modo tale che, se, organizzati i vari capitoli, una singola costituzione riguarda più titoli, il suo contenuto dev'essere inserito in ogni luogo esso risulti adeguato; in secondo luogo, quel che la varietà (interpretativa) fa dire in un certo modo e nel suo opposto, sia verificato dalla sequenza delle selezioni (letture), non solo considerati gli anni consolari e indagato il periodo del regno, ma manifestando la composizione dell'opera stessa che sono più valide le (costituzioni) più recenti. Inoltre, anche le parole stesse delle costituzioni devono essere conservate, nella misura in cui riguardano il contenuto (della norma), eliminando quelle parole che sono state aggiunte non dalla necessità stringente di rendere inviolabile il contenuto (della norma). Anche se sarebbe più semplice e più giusto omettere quelle costituzioni che sono state invalidate dalle costituzioni successive ed esporre solo quelle sulla cui validità ci sia accordo, riconosciamo che questo codice e quelli precedenti sono composti da [per ?] uomini particolarmente scrupolosi, alla cui volontà educativa è concesso che siano conosciute quelle costituzioni che, consegnate al silenzio, sono cadute in desuetudine, perché erano destinate a essere valide soltanto per la casistica del loro tempo. Da questi tre codici e dalle trattazioni e dai responsi dei giuristi, allegate a ciascuno dei titoli, opera dei medesimi che organizzeranno il terzo codice, sarà prodotto un altro codice, il nostro, il quale non lascerà spazio a nessun errore e a nessuna ambiguità, e, chiamato con il Nostro nome, mostrerà quel che dev'essere seguito e quel che dev'essere evitato da tutti. Per il compimento di un'opera così grande e per la composizione dei codici – dei quali il primo raccoglierà l'intero rigoglio delle costituzioni di carattere generale, e non ne lascerà al di fuori di sé nessuna che da questo momento possa essere prodotta (in tribunale) [?], e rifiuterà solo l'inutile eccesso di parole; il secondo, esclusa ogni contraddizione del diritto, assumerà il ruolo di magistero per la vita –

<p>quaestore et praefectum elegimus, Antiochum virum illustrem quaestorem sacri palatii, Theodorum v(irum) s(pectabilem) com(item) et magistrum memoriae, Eudicium et Eusebium v(iros) s(pectabiles) magistros scriniorum, Iohannem v(irum) s(pectabilem) ex com(ite) nostri sacrarii, Comazontem atque Eubulum v(iros) s(pectabiles) ex magistris scriniorum et Apellem virum disertissimum scholasticum. Hos a nostra perennitate electos eruditissimum quemque adhibituros esse confidimus, ut communi studio vitae ratione deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia nec privata adsertione nitatur, sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus in alterius quoque recipiendum scriniis et cum edictorum sollemnitate vulgandum. Missum enim suscipi et indubitanter optinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate nostrae clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit nec admittenda aliter. ET CETERA. DAT. VII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS.</p>	<p>devono essere selezionati uomini di singolare affidabilità, dotati del più raffinato ingegno; essi, quando avranno presentato il primo codice alla nostra saggezza e all'autorità pubblica, devono intraprendere l'altro, che deve essere elaborato fino a quando non sia degno della pubblicazione. Lasciate che la grandezza Vostra conosca gli uomini scelti: abbiamo selezionato l'illustre Antioco, ex questore e prefetto, l'illustre Antioco, questore del sacro palazzo, lo spettabile Teodoro, conte e maestro a memoria, gli spettabili Eudicio ed Eusebio, maestri degli <i>scrinia</i>, lo spettabile Giovanni, ex conte del nostro sacrario (<i>consistorium</i> ?), gli spettabili Comazonte ed Eubulo, ex maestri degli <i>scrinia</i>, e Apelle, coltissimo giurista. Siamo fiduciosi che questi uomini, ciascuno estremamente istruito, selezionati dall'Eternità Nostra, si dedicheranno con impegno condiviso, scandagliata la razionalità della vita umana, a escludere il diritto che inganna. Se poi in futuro si vorrà promulgare qualcosa, questa avrà valore nell'altra parte di un Impero assolutamente unito, a condizione che si fondi non su una attendibilità dubbia o sull'asserzione privata, ma da qualunque parte dell'Impero essa sarà prodotta, sia trasmessa attraverso sacre lettere imperiali per essere ricevuta anche negli <i>scrinia</i> dell'altra parte, e sia pubblicata grazie ai consueti editti. Sarà conveniente infatti che quanto inviato sia accettato e sia validato senza ombra di dubbio, essendo riservato alla Clemenza Nostra il potere di emendare e di revocare. Sarà bene che questo sia dichiarato reciprocamente e nulla sia recepibile in altro modo. Ecc.</p>
---	--

T 2b. CTh I, 1, 6 (20 dicembre 435)

<p>IDEM AA. Omnes edictales generalesque constitutiones vel in certis provinciis seu locis valere aut proponi iussae, quas divus Constantinus posterioresque principes ac nos tulimus, indicibus rerum titulis distinguantur, ita ut non solum consulum dierumque supputatione, sed etiam ordine compositionis apparere possint novissimae. Ac si qua earum in plura sit divisa capita, unumquodque eorum, diiunctum a ceteris apto subiciatur titulo et circumcisis ex qua[que] constitutione ad vim sanctionis non pertinentibus solum iu[s] relinquatur. Quod ut brevitate constrictum claritate luceat, adgressuris hoc opus et demendi supervacanea verba et adiciendi necessaria et demutandi ambigua et emendandi incongrua tribuimus potestatem, scilicet ut his modis unaquaeque illustrata constitutio e[m]ineat. Erunt] contextores huius Theodosiani codicis Antiochus amplissimus adque gloriosissim[us] praefectorius ac consularis; Eubulus inlustris ac magnificus comes et quaestor noster; Maximinus v(ir) i(n)lustris insignibus quaestoriae dignitatis ornatus; Sperantius, Martyrius, Alypius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus, Eron spectabiles comites consistoriani; Maximinus,</p>	<p>Tutte le costituzioni edittali e quelle generali, ma anche quelle che si è ordinato (dagli imperatori) che fossero valide o che fossero pubblicate in determinate provincie o in determinati luoghi, e che sono state emesse dal divino Costantino e dai principi successivi e da Noi, siano distinte in titoli che indichino il loro contenuto, in modo tale che sia possibile cogliere quali siano le più recenti, non solo grazie al calcolo dei consoli e dei giorni, ma anche dal loro ordine di sistemazione. E se una di loro è stata divisa in più capitoli, ciascuno di questi, separato dagli altri, sia assegnato al titolo opportuno, ed eliminato da qualsivoglia costituzione quanto non è pertinente al valore della sanzione, si lasci soltanto il diritto. Affinché quanto è stato limitato dalla brevità possa splendere in chiarezza, attribuiamo a quanti stanno per intraprendere questo lavoro la facoltà di rimuovere le parole superflue, di aggiungere quelle necessarie, di modificare le ambigue, e di emendare le incongruenze, al fine naturalmente di far emergere ciascuna costituzione chiarita con questi interventi. I compilatori di questo codice Teodosiano saranno: Antioco, grandissimo e gloriosissimo ex prefetto e consolare; l'illustre e magnifico Eubulo, conte e questore nostro; l'illustre Massimino, adornato delle insegne della dignità del questore; gli spettabili conti del consistorium</p>
--	---

<p>Epigenes, Diodorus, Procopius spectabiles comites et magistri sacrorum scriniorum; Erotius v(ir) s(pectabilis) ex vicariis iuris doctor; Neoterius v(ir) spectabilis ex Quorum si quis aut humano praepeditus casu aut aliqua rei publicae detentus sollicitudine ab iniuncto fuerit abstractus negotio, alius in locum eius, si ita fuerit visum, nostro substituetur arbitrio; ut absolutionem codicis in omnibus negotiis iudiciisque valituri nullumque extra se novellae constitutioni locum relicturi, nisi quae post editionem huius fuerit promulgata, nullum possit inhibere obstaculum. DAT. XIII K. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) DD. NN. THEOD(OSIO) A. XV ET VAL(ENTINI)ANO IIII A. CONSS.</p>	<p>Speranzio, Martirio, Alipio, Sebastiano, Apollodoro, Teodoro, Erone; gli spettabili conti e maestri dei sacri <i>scrinia</i> Massimino, Epigene, Diodoro, Procopio; lo spettabile Erozio, vicario onorario e professore di diritto; lo spettabile Neoterio, ex- . . . Se qualcuno di loro dovesse essere impedito dall'umano destino o trattenuto da una qualche sollecitudine nell'amministrazione statale e dovesse quindi essere sottratto al compito che è stato ingiunto, un altro sarà inserito al suo posto secondo la nostra decisione, se questo dovesse apparire opportuno; nessun ostacolo potrà impedire il completamento di questo codice, che sarà valido in tutti i casi e in tutti i tribunali, e non lascerà spazio a nessuna nuova costituzione esterna ad esso, eccetto quelle che saranno promulgate dopo la pubblicazione di questo codice.</p>
--	---

T 3. Nov. Val. XXVI. DE CONFIRMATIONE LEGUM DIVI THEODOSII AUGUSTI QUAE LATAE SUNT POST THEODOSIANUM (03 giugno 448)

Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II praefecto praetorio et patricio. Gloriosissimus principum dominus Theodosius clementiae meae pater leges a se post Codicem nominis sui latas nuper ad nos, sicut repetitis constitutionibus caverat, prosequente sacra praeceptione direxit, Albine parens karissime atque amantissime. 1. Inlustris et praecelsa magnificentia tua nostrorum quoque apicum tenorem secuta perferri eas in notitiam omnium cum supradicta venerabili iussione simul missa, quae nihil dubitationis reliquit, tam suis quam provincialium iudicum decernet edictis, ut, sicuti uterque orbis individuis ordinationibus regitur, isdem quoque legibus temperetur. Dat. III. non. Iun. Ravennae, Postumiano et Zenone vv.cc. cons.

Schema A: intervallo tra emissione (data) e ricezione (accepta) nelle subscriptiones del CTh

- I, 3, 1 ad Eusignium procos. Afr.: D Verona 16 giugno 383 - A [Africa] 31 luglio 383 = 45 giorni
 - I, 6, 10 ad Neoterium PPO: D Ulpianis ad Iulianam ? s.d. - A Crago ? s.d.
 - I, 15, 4 ad Mamertinum PPO: --- - A --- 6 giugno 362
- I, 15, 9 ad Alypium [vic. Afr. ?]: D Treviri 1 giugno 378 - A --- 7 luglio 378 = 36 giorni
- II, 1, 3 ad Mamertinum PPO It.-Ill.-Afr.: D et A (Moesia) 24 settembre 357 = 0 giorni ◀ stessa sede
- II, 4, 1 ad Symmachum [vic. Macedoniae ? Procos. Achaiae ?]: D Sirmio 4 febbraio 319 - A Corintho 8 marzo 319 = 32 giorni
 - II, 8, 18 **vd. infra**
 - II, 10, 5 Olybrio PVR: --- - A 21 agosto [Romae ?] 368/370
 - III, 1, 5 Cynegio PPO **Or.**: --- - A Reghio (?) 22 settembre 384
- III, 5, 6 ad Tiberianum vic. Hisp.: D Constantinopoli 15 luglio [335] - A Hispali 18 aprile 336 = 277 giorni
- IV, 13, 8 Palladio CSL: D Constantinopoli 6 luglio 381 - A --- 21 luglio 381 = 15 giorni
 - VI, 4, 2 Iuliano PVR: D --- 6 marzo 327 - A Romae ---
 - VI, 4, 18 ad Volusianum PVR: [D Mediolano] --- - A Constantinopoli (???) 28 giugno 365
- VI, 4, 32 (ignoto): D Nicomediae 26 giugno 397 - A 31 luglio 397 = 35 giorni
- VI, 7, 1 = 9, 1 e 11, 1 ad Ampelium PVR: D Nasonaci 5 luglio 372 - A [Romae ?] 3 settembre 372 = 60 giorni
- VI, 10, 2 ad Valerianum PVR: D --- 29 marzo 381 - A [Romae ?] 20 aprile 381 = 22 giorni
- VI, 22, 1 ad Severum PVR: D Sirmio 23 gennaio 321 (?) - A [Romae ?] 15 aprile 321 = 72 giorni
 - VI, 22, 2 **vd. infra**
- VI, 26, 1 ad Secundum PPO **Or.**: D Antiochiae 25 settembre 362 - A [---]isis ? 9 novembre 362 = 45 giorni
- VI, 28, 1 ad Potitum vic. Urbis: D Treveris 4 agosto 379 (?) - A Romae 7 settembre 379 = 34 giorni
- VI, 29, 1 ad Lollianum PPO Ill.: D Mediolano 22 luglio 355 - A --- 21 agosto 355 = 29 giorni
 - VI, 30, 11 Proculo CSL (**Or.**): D Constantinopoli 7 maggio 386 - A [Constantinopoli] ---
- VI, 35, 7 ad Praetextatum PVR: D Treviris 18 novembre 367 - A [Romae ?] 10 dicembre 367 = 22 giorni
- VI, 35, 13 ad Pinianum PVR: D Mediolano 6 luglio 386 - A [Romae ?] 29 agosto 386 = 54 giorni
 - VII, 4, 14 Secundo PPO **Or.**: --- - A Calchedone 1 dicembre 365
 - VII, 9, 1 ad provinciales: D --- 12 agosto 340 - A Capuae ---
- VII, 22, 1 ad Octavianum [corr. Lucan. Brutt. ?]: D Sirmio 16 febbraio 319 - A Regio 7 aprile 319 = 50 giorni
- VIII, 3, 1 ad Artemium [corr. Lucan. Brutt. ?]: D Aquileiae 19 settembre 364 - A Salerno 18 ottobre 364 = 29 giorni
 - VIII, 5, 1 ad Constantium [PPO]: --- - A Caralis 22 gennaio 315 ◀
 - VIII, 5, 12 ad Mamertinum PPO It.: --- - A Syracusis 22 febbraio 362 ◀

VIII, 5, 13 ad Mamertinum PPO It.: --- - A --- 20 giugno 362
VIII, 5, 22 ad Volusianum PVR: D Romae (dal PVR) 18 febbraio 365 - A Venabri 29 marzo 365 = 39 giorni
VIII, 7, 7 ad Taurum PPO it.: D Mediolano 27 maggio 358 - A --- 8 luglio 358 = 42 giorni
VIII, 7, 12 ad Iulianum procos. Afr.: D Nasonaci 30 maggio 372 - A [Karthagine ?] 26 novembre 372 = 180 giorni
VIII, 8, 3 ad Principium PPO: D Aquileiae 3 novembre 386 - A Romae 24 novembre 386 = 21 giorni ◀
VIII, 10, 1 ad anonymum procos. Afr.: D Treveris 8 novembre 315 - A Karthagine 15 febbraio 316 = 99 giorni
VIII, 18, 2 Iulio Severo [vic. Italiae ?]: D Mediolano 7 settembre 319 (= 318) - A --- 7 ottobre 319 (= 318) = 30 giorni
VIII, 18, 6 ad Hesperium PPO: D --- 31 luglio 379 - A --- 29 agosto 379 = 29 giorni
IX, 1, 1 ad Octavianum com. Hisp.: D Serdicae 4 dicembre 316 - A Corduba 3 marzo 317 = 89 giorni
IX, 1, 2 ad Ianuarinum [vic. Moesiarum ?]: D --- 13 gennaio 319 - A Corintho 28 luglio 319 = 196 giorni
IX, 1, 5 ad Maximum PVR: D Sirmio 22 maggio 362 - A Romae ---
IX, 1, 8 ad Maximum corr. Tusciae: D Remis 17 novembre 366 - A Florentiae ---
IX, 15, 1 ad Verinum vic. Afr.: D --- 16 novembre 318 - A Karthagine 14 marzo 319 = 118 giorni
IX, 19, 1 Mecilio Hilariano corr. Lucan. Brutt.: D --- 30 gennaio 316 - A --- 1 agosto 316 = 183 giorni
IX, 23, 1 ad Rufinum PPO: --- - A Constantina 8 marzo 356 ◀
IX, 40, 1 = XI, 30, 2 = X, 36, 1 ad Catullinum [praes. Byzac.]: D Treveris 3 novembre [313] - A Hadrumeti 17 aprile 314 = 165 giorni
IX, 42, 4 ad Taurum PPO: D Sirmio 4 gennaio (giugno?) 358 - A --- 27 agosto 358 = 235 giorni
X, 17, 3 ad Magnillum vic. Afr.: D Aquileia 19 giugno 391 - A Hadrumeti 13 gennaio 392 = 218 giorni
X, 21, 1 Archelao CSL (Or.): D Nevioduni 3 luglio 369 - A Marcianopoli 18 luglio 369 = 15 giorni
XI, 1, 13 ad Dracontium vic. Afr.: D Parisiis 18 ottobre 365 - A Karthagine 18 gennaio [366] = 92 giorni
XI, 7, 8 ad Taurum PPO: D Dinummae (?) 2 settembre 355 - A Karthagine 12 novembre 355 = 71 giorni ◀
XI, 7, 9 ad Dracontium vic. Afr.: D 13 maggio 364 - A Karthagine 24 settembre 364 = 134 giorni
XI, 19, 1 ad Domeitium Dracontium Mag. priiv. Afr.: D Sirmio 17 aprile 321 - A Karthagine 18 maggio 321 = 31 giorni
XI, 28, 1 ad Avitianum vic. Afr.: D Antiochia 26 ottobre 363 - A Karthagine 18 marzo 364 = 143 giorni
XI, 29, 1 ad Cl. Plotianum corr. Lucan. Brutt.: D Treveris 27 dicembre 313 - A Regio 6 febbraio [314] = 41 giorni
XI, 30, 33 ad Dracontium vic. Afr.: D Aquileiae 12 settembre 364 - A Tacapis 14 novembre 364 = 63 giorni
XI, 36, 10 ad Proclianum procos. Afr.: D Constantinopoli 18 gennaio 354 (= 360) - A Karthagine 23 luglio 354 (= 360) = 186 giorni
XI, 36, 16 ad Symmachum PVR: D Altino 8 ottobre 364 - A [Romae] 17 ottobre 364 = 9 giorni
XI, 36, 23 ad Thalassium procos. Afr.: D Treveris 30 gennaio 378 - A --- 26 aprile 378 = 86 giorni
XII, 1, 24 ad Aconium Catullinum vic. Afr.: --- - A Karthagine 12 dicembre 338
XII, 1, 52 ad Iulianum cons. Foenices (Or.): D Antiochia 3 settembre 362 - A Tyro 15 ottobre 362 = 42 giorni
XII, 6, 9 ad Dracontium vic. Afr.: --- - A Constantinae 31 agosto 365
XIII, 1, 1 ad Taurum PPO: D --- 2 dicembre [356] - A Romae 6 febbraio 357 = 66 giorni ◀
XIII, 1, 2 ad Taurum PPO: --- - A Karthagine 10 luglio 360 ◀
XIII, 3, 5 anonym.: D 17 giugno 362 - A Spoleto 29 luglio 362 = 42 giorni ◀ dal PPO ? da Giuliano ad Antiochia ?
XIII, 5, 7 naviculariis Orientis: --- - A 1 dicembre 334
XIII, 5, 15 ad Hesperium PPO: --- - A Constantinae 21 luglio 379 ◀
XIII, 9, 2 ad Demetrianum praef. annon. Afr.: --- - A Aquileia lecta actis (s.d.) (372 Seeck, Pergami)
XIV, 1, 1 ad Iulianum (vic. Urbis ?): D Constantinopoli 24 febbraio 357 (= 360) - A Romae 15 maggio 357 (= 360) = 80 giorni
XIV, 8, 1 ad Evagrium PPO: D Naisso 18 settembre 315 (= 329) - A --- 6 novembre 315 (= 329) = 49 giorni
XIV, 24, 1 ad Cerealem praef. annon.: D Nicomediae 1 marzo 328 - A Romae 6 aprile 328 = 36 giorni
XV, 1, 1 ad Flavianum procons. Afr.: D Mediolano 2 febbraio 357 - A --- 8 luglio 357 = 156 giorni
XV, 7, 13 Diogeniano trib. volupt.: D Ravennae 8 febbraio [412] - A Karthagine 23 gennaio 413 = 348 giorni
XVI, 2, 12 Severo suo salutem (?). DATA EPISTULA 23 settembre 355 - A 7 ottobre 355 = 14 giorni ◀
XVI, 5, 5 ad Hesperium PPO: D Mediolano 3 agosto 379 - A 20 agosto 379 = 17 giorni
XVI, 10, 1 ad Maximum (PVR): D Serdicae 17 dicembre 320 - A [Romae ?] 8 marzo 321 = 81 giorni
XVI, 10, 2 ad Crepreium Madalianum a.v.ppo [vic. Afr.]: --- - A --- 341

[Cfr. anche A.H.M. Jones, *LRE*, III, pp. 91-93]

T 4a. CTh II, 16, 2 (al PVR, emessa a Naissus il 25 luglio, pubblicata a Roma il 7 ottobre 319 = 72 giorni):
Idem A. (= Constantinus) ad Bassum pf.p. (= PVR). Placuit, post completum quintum et vicesimum annum, ex eo, quo vicesimi et sexti anni dies illuxerit, ad interponendam contestationem in urbe roma usque ad anni tricesimi extremum diem spatia prorogari, et intra centesimum urbis Romae miliarium, si tamen ab his iudicibus, qui romae sunt, fuerit iudicandum: per omnem vero Italiam usque ad finem anni vicesimi et noni: in ceteris omnibus provinciis usque ad completum annum vicesimum et octavum. quo transacto tempore

manifeste omnes sciant, legum sibi deinceps praesidia denegari, quandoquidem, contestationis necessitate depulsa, finiendas integri restitutionum decidendasque causas certo genere clausurimus. [ecc.]

Dat(a) VIII kal(endas) Aug(ustas) Naisso, **p(ro)p(osita)** Romae non(is) Oct(obris) Constantino A. III et Licinio coss. [315] / Constantino A. VIII et Constantio C. coss. [? 329] (= Constantino A. V et Licinio C. coss.).

T 4b. CTh X, 17, 3 (al vic. Afr., emessa ad Aquileia il 19 giugno 391, ricevuta ad Hadrumetum il 13 gennaio 392 = 205 giorni):

Imp(erator) Valent(inianus), Theodos(ius) et Arcad(ius) AAA. ad Magnillum vic(arium) Afric(ae). Si quos debitorum mole depressos necessitas publicae rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas et redituum quantitas aestimetur, ne, sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur et, possessionibus viliori distractis, plus exactor ex gratia quam debitor ex pretio consequatur. [ecc.]

Dat(a) XIII kal(endas) Iul(ias) Aquileia, **acc(epta)** id(ibus) Ian(ariis) Hadrumeti, post cons(ulatum) Tatiani et Symmachi vv.cc.

Tipologie di documenti confluiti nel CTh

Epistola al senato

T 5. Nov. Val. I, 3 (emessa a Roma il 5 marzo, letta in senato il 14 marzo 450):

Idem AA. (= Theodosius et Valentinianus) **consulibus, praetoribus, tribunis plebis, senatui suo salutem dicunt. Si vos liberique vestri valetis, bene est: nos exercitusque nostri valemus.** Licet aliae occupationes extiterint, ultra differri non potuit: apud verecundam enim conscientiam mendacii genus est, promissa tardare. Sciamus licet, devotionem possessorum fiscalia nulla vel parva deberi, tamen quod in huius discussionis officio et nullius et modici una eademque condicio est, evidenter exponimus, cur designatae necessitati placeat subveniri. Putabitur enim coniventia, nisi nostro studio corrigatur. 1. Quantum ad propositum nostrum adinet, **provincialibus undique** volumus esse consultum, et diversis fessos incommodis sufficientibus beneficiis adiuvere. Verum obstitit invida plerumque subreptio, quoniam iam non potest tantum, quantumlibet intenta, cogitatio providere, ut improbis etiam latentes nocendi aditus obstruantur. 2. Discussores **ad provincias** non electi, sicut conperimus, sed ambientes ire dicuntur, quod nobis et proceribus nostris aliarum sollicitudinum mole constrictis efficere inveniuntur otiosi. Hoc modo facultates possessorum miserabiliter concenterunt: et hinc maius incommodum, unde remedia certa debuere provenire. Ubi trepidam **provinciam** talis discussor adierit stipatus calumniarum ministris, superbit elatus inter obsequia sumptuosa, expetit adminicula **provincialis officii**, scholares etiam saepe coniungit, multiplicato et hominum numero et officiorum, ut, quantum avaritiae libuerit, terror extorqueat. Prima sunt venientis exordia, ut proferat et revolvat super diversis numerosisque titulis terribiles iussiones: praetendit minutarum subputationum caligines inexplicabili obscuritate confusas, quae inter homines versutiarum nescios hoc amplius agunt, quo minus intelligi possunt. Securitates expetunt annorum serie et vetustate consumptas, quas servare nescit simplicitas et fiducia nihil debentis. Re vera enim aut, quoquomodo pereunt, quasi iusta contingit occasio depraedandi, aut, si extant, redimendum est, ut ferantur accepto. Ita fit, ut apud improbum rei arbitrum merito noceat, chartula cum perit, nihil proficiat, non perisse. Innumerae deinde clades, saeva custodia, suspendiorum crudelitas et universa tormenta, quae interea, laetus et crudelitatis pertinax et egregius quaesitor exspectat. Collega furtorum **palatinus** hortatur, instat adpartio turbulenta, urget inmitis executio militaris. Indignum facinus, haec de civibus, velut inter hostes pecuniae placitis, non adlegationum iustitia, non miseratione finiri. Tanta vexatio cum nihil umquam fisci utilitatibus prosit, tamen non desinit iterari quasi aliquid efficaciter gestum: vixdum uno e **provincia** decedente cum novis auctoritatibus alter excurrit. Si utilis publico esse non potuit, qui ante perrexit, superfluum est ire alterum aequae **provincialibus** obfuturum. 3. Hunc nos, patres conscripti, fomitem perniciosi ardoris extinguimus, nec patimur ulterius ad exhaustorum interitum desaevire. Nobis perit deterior possessor effectus, nobis proficit non gravatus. Venduntur indutiae his, qui non possunt esse solvendo, cum dilationis redemptio publicam magis adtenuet functionem. Amittit sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat. Superiorum igitur, patres conscripti, omnium temporum reliqua tam arcalium, quam utriusque aerarii usque ad incipientem primam indictionem [= 1 sett. 447] iubemus ad indulgentiam pertinere: nemo prorsus quaelibet usque ad designatum tempus transacta discutiatur. Sola est numquam calumnianda securitas, quam aeternitas nostra concedit. 4. Licet hanc humanitatem cunctis ad quietem sciamus posse sufficere, tamen addimus, quo provisio nostra magis possit grata praestari, nemini deinceps licebit ad hoc negotium arbitrio unius iudicis adspirare. Utrum mitti debeat inspector publicus, tractatus ante deliberet **sublimis viri parentis patriciique nostri** [Aetius ?], **nec non magnifici viri praefecti praetorio**, qui communionis utilitate virtutum suarum magnitudinem nobiscum pervigiles et cogitant et tuentur: **cum aulicis potestatibus** pro sua moderatione disponant, si iusta necessitas cogit, qualis persona mittatur. Nihil impudenter audebit, quem elegit talium virorum examinatus adsensus. Necesse est ab eo integritatis reverentiam custodiri, qui novit tot se custodes habere quot iudices. 5. Aliter pergenti ad **provinciam** et fortunarum et famae iubemus esse discrimen; revocetur publici timore periculi, quem occulta cupiditas festinare conpellit. Similis condicio manebit **officium eius potestatis**, quae discussorem mittere cupiens, non fideliter suggesserit adtestatione gestorum **formam** mittendi, quam statuimus debere servari. 6. **Sardiniam** ab hoc excipi placuit, quoniam apud

nonnullos calliditate quadam maxima pars pecuniae residet, quam exactam publicis oportuit erogationibus adplicari: cum satisfecerit, ad ipsam quoque beneficia nostra pervenient. 7. **Inlustris viri comitis rei privatae insinuatio patefecit**, dudum nostram clementiam praecepisse **intra Africam, sicut per alias provincias**, adiectione quinquennii pretium distractorum praediorum ab emptoribus debere suppleri; palatinos super hac re olim directos necdum quid profecerint rettulisse. Quare nolumus hunc titulum interpretationi huiusce iussionis adiungi, ne sub occasione orationis accepta consumant. Dicit enim reliqua non possunt, unde non residua pars, sed et omnis, quae sperari potest, summa debetur. **Et manu divina**: optamus vos felicissimos ac florentissimos nostrique amantissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis patres conscripti.

Et ad latus: dat(a) III non(as) mart(ias) Romae, d.n. Valentiniano A. VII. et Avieno v.c. cons. Recitata in senatu per virum inlustrem SCS Postumianum prid. id. mart.

Schema B: Epistole recitatae/lectae in senatu:

CTh VI, 2, 25 (426); 4, 8 (356); 4, 9 (356); 4, 11 (357); 4, 23 (373); VIII, 18, 1 (315=318); IX, 1, 13 (376); X, 19, 8 (376); XV, 1, 19 (376).

Epistole recitatae/lectae Cfr. CTh IX, 38, 6 (381) ad Antidium v.c. vicarium [urbis], *recitata Romae*; a PVR: CTh II, 2, 1 (376 *lecta*); IX, 38, 4 (368 *lecta*); X 8, 3 (326 *recitata in Palatio*); XIV, 3, 10 (368/370 *lecta in Pantheo*).

Stesso argomento in missive simili

T 6a. Sirm. 6 (9 luglio 425):

Imp. Theodosius A. et Valentinianus Caesar **Amatio v.i. praef(ecto) pr(ae)t(o)r(io) Gall(iarum)**. Privilegia ecclesiarum vel clericorum omnium, quae saeculo nostro tyrannus inviderat, prona devotione revocamus. Scilicet ut quidquid a divinis principibus singuli quique antistites impetrarunt, iugi solidata aeternitate servantur nec cuiusquam audeat titillare praesumptio, in quo nos nobis magis praestitum confitemur. Clericos etiam, quos indiscretim ad saeculares iudices debere deduci infaustus praesumptor edixerat, episcopali audientiae reservamus, his manentibus, quae circa eos sanxit antiquitas. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. **Illustis itaque auctoritas tua omni aevo mansura quae iussimus in provinciarum missa notitiam praecipiet** etiam sub poena sacrilegii custodiri, specialiter id illustribus comprehensura praeceptis, ut in omnibus circa ecclesiastica privilegia veterum principum statuta servantur. Diversos vero episcopos nefarium pelagiani et caelestiani dogmatis errorem sequentes per Patroclum sacrosanctae legis antistitem praecipimus conveniri: quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint seseque catholicae fidei reddiderint, **gallicanis regionibus** expelli adque in eorum loco sacerdotium fidelius subrogari, quatenus praesentis erroris macula de populorum animis tergeatur et futurae bonum disciplinae iustioris instituat. Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus depravari, manichaeos omnesque haereticos vel schismaticos sive mathematicos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari debere praecipimus, ut nec praesentiae quidem criminorum contagione foedentur. Iudaeis quoque vel paganis causas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianae legis nolumus servire personas, ne occasione domini sectam venerandae religionis inmutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit. Data VII idus Iulias Aquileiae d.n. Theodosio A. XI et Valentiniano cons.

T 6b. CTh XVI, 2, 47 (8 ottobre ? 425):

Idem A. et Caes. **Basso c(omiti) r(erum) p(rivatarvm)**. Privilegia ecclesiarum omnium, quae saeculo nostro tyrannus inviderat, prona devotione revocamus, scilicet ut quidquid a divinis principibus constitutum est vel quae singuli quique antistites pro causis ecclesiasticis impetrarant, sub poena sacrilegii iugi solidata aeternitate servantur. Clericos etiam, quos indiscretim ad saeculares iudices debere deduci infaustus praesumptor edixerat, episcopali audientiae reservamus. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. ET CETERA. Dat. VIII id. Octob. Aquil(e)iae d.n. Theod(osio) A. XI et Val(entini)ano C. cons.

T 6c. CTh XVI, 5, 64 (6 agosto 425):

Idem A. et Caes. **Basso c(omiti) r(erum) p(rivatarum)**. POST ALIA: Manichaeos haereticos sive schismaticos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminorum contagione foedentur. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit. ET CETERA. Dat. VIII id. Aug. Aquil(e)iae d.n. Theod(osio) A. XI et Valentiniano Caes. cons.

T 6d. CTh XVI, 5, 62 (17 luglio 425):

Imp. Theod(osivs) A. et Val(entini)anus Caes. **ad Faustum p(raefectum) u(rbi)**. Manichaeos haereticos schismaticos sive mathematicos onmemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu **urbis Romae** exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminorum contagione foedetur. Circa hos autem maxime exercenda commonitio est, qui pravis suasionibus **a venerabilis papae** sese communione suspendunt. quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His conventionem praemissa viginti dierum condonavimus indutias, intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, **expulsi usque ad centesimum lapidem** solitudine quam eligunt macerentur. Dat. XVI kal. Aug. Aquil(eiae) Theod(osio) A. XI et Val(entini)ano Caes. cons.

T 6e. CTh XVI, 2, 46 (6 luglio 425):

Imp. Theod(osius) A. et Valentinianus Caes. **Georgio proc(onsuli) Afric(ae)**. POST ALIA: Privilegia praeteritarum legum ecclesiae sive clericis delata servantur. ET CETERA. Dat. prid. non. Iul. Aquil(eiae) d.n. Theod(osio) A. XI et Val(entini)ano Caes. cons.

T 6f. CTh XVI, 5, 63 (6 luglio 425):

Idem A. et Caes. **Georgio proc(onsuli) Afric(ae)**. Omnes haereses omnesque perfidas, omnia schismata superstitionesque gentium, omnes catholicae legi inimicos insectamur errores. Si quos vero ... , haec quoque clementiae nostrae statuta poena comitetur et noverint sacrilegae superstitionis auctores participes conscios proscriptione plectendos, ut ab errore perfidiae, si ratione retrahi nequeunt, saltem terrore revocentur et universo supplicantium aditu in perpetuum denegato criminibus debita severitate plectantur. ET CETERA. Dat. prid. non. Aug. Aquil(eiae) d.n. Theod(osio) A. XI et Val(entini)ano Caes. cons.

Copie della medesima missiva

T 7a. CTh VIII, 7, 11 (23 dicembre 371):

Imp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Severo mag(istro) militum. [...] Dat. X kal. Ian. Gratiano A. II et Probo cons. **Emissa ad magistros militum et comites et duces omnes.**

T 7b. CTh XI, 28, 9 (9 aprile 414):

Idem AA. Anthemio p(raefecto) p(raetori)o. Per omnes provincias Orientis ex indictione undecima Valentiaca [367/68] in quintam usque nuper transactam indictionem [407/08], annorum scilicet quadraginta, id est ex consulatu divorum Valentiniani et Valentis iterum Augustorum [368] usque ad consulatum invictissimi Honorii patris mei septies et meum iterum [407], omnium generalium titulorum sub aequa lance tam curiis quam collatori privato et patrimoniali, divinae quin etiam domui omnique iuri munifico, nec non et cellariis, praeter trium metallorum debitoribus Docimeni, Proconensis et Troadensis, concessimus reliqua, sive species sive aes pecunia aurum argentumque debetur, ita ut nec horreis et praefectoriae arcae nec nostro aliquid ex his aerario debeatur; sequentis temporis debitis ex indictione sexta usque ad praesentem duodecimam emergentibus necessitatibus reservatis. Dat. V id. april. Constantinopoli Constantio et Constante cons.

De eadem re scriptum edictum ad populum; ad Marcianum com(item) s(acrarum) l(argitionum); Musellio praeposito sacri cubiculi de titulis ad domum sacram pertinentibus; ad rectores provinciarum; et de metallariis edictum ad populum per provincias illyrici et ad rectores provinciarum.

T 7c. CTh I, 8, 1 (15 ottobre 415):

Imp. Honorius et Theodosius AA. Florentio magistro militum. viro illustri quaestore Eustathio suggerente cognovimus [reintegro di prepositura nel laterculus minus]. Dat. id. Oct. Constantinopoli Honorio X et Theodosio VI AA. consul. **Scripta eodem exemplo Sapricio magistro militum, Helioni magistro officiorum et Eustathio quaestori.**

T 7d. CTh VI, 28, 8 (29 gennaio 435):

Imp. Theodosius et Valentinianus AA. Valerio magistro officiorum. Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamque probatam sibi aestimant, etsi saepe eodem officio fuerint ante perfuncti. Et si qui agens in rebus post xxv annorum curricula ob adversam corporis valitudinem militiae finem minime valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio scholae prosilierit, isdem eum privilegiis muniri censemus, quibus ii, qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusque priores eos, qui per longae militiae

metas ad principatus actum pervenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse praecipimus, nihil censualibus vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tamquam in actu principatus fuerint versati, vicenarum librarum auri condemnatione proposita. Dat. III kal. Feb. Constantinopoli Theodosio A. XV et qui fuerit nuntiatus. **Eodem exemplo Isidoro p(raefecto) p(raetori)o, Regino p(raefecto) p(raetori)o Ill(yrici), Leontio p(raefecto) u(rbi), Theodoto com(iti) Aegypti, Abthartio com(iti) Or(ientis), Cleopatro p(rae)f(ecto) Aug(usta)li, Hesychio procons(uli) Achaiae, Eustathio vicario Asiae, Nectario vicario Ponticae.**

T 7e. CTh VIII, 4, 30 (3 aprile 436 - le ultime nel CTh).

Idem AA. Isidoro p(raefecto) p(raetori)o. POST ALIA: **eodem exemplo Eubulo p(raefecto) p(raetori)o Illyrici.** Si cohortalis apparitor aut obnoxius cohorti ad ullam posthac adspiraverit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus ad statum pristinum revocetur, liberis etiam in tali eius condicione susceptis fortunae patriae mancipandis. Si qui vero cohortalis vel subiectus cohorti ullam ante hanc legem gessit militiam aut coeptam dudum etiamnunc gerit aut causidicinam in foro amplissimae praefecturae Orientis adque Illyrici vel urbano profitetur iudicio, in eodem latorum pridem constitutionum sanctio observetur. Post hanc vero legem si quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescriptione temporis muniatur, sed ad condicionem propriam retrahatur, ne ipse vel eius liberi post talem ipsius statum procreati quod cohorti debetur valeant declinare. Dat. III non. April. Const(antino)p(oli) Isidoro et Senatore cons.

T 7f. CTh XII, 1, 187 (3 aprile 436 - //).

Idem AA. Isidoro p(raefecto) p(raetori)o. Qui ante hanc legem spectabilium vel illustrium quocumque modo sortiti sunt dignitatem, parto semel honore et privilegiis perfruantur. Si qui vero postea ex decurionibus vel subiectis curiae ad spectabilium gradum processerint, per se tam curialia quam senatoria subeant munera eorumque liberi post senatoriam suscepti dignitatem patrum obstringantur exemplo. Quod si qui inter illustres etiam viros locum occupaverint non laborioso administrationis actu, sed honorario titulo dignitatis, senatui quidem per se respondeant, curiae vero per substitutos suarum periculo facultatum satisfaciant; quorum liberos et post eorum illustrem dignitatem progenitos non solum senatorum, sed etiam decurionum munia per se, non per subrogatos, subire conveniet. ET CETERA. Dat. III non. April. Constant(ino)p(oli) Isidoro et Senatore cons. **Eodem exemplo Eubulo p(raefecto) p(raetori)o Illyrici.**

T 7g. CTh XI, 17, 3 (21 marzo 401):

Idem AA. **p(raefectis) p(raetori)o et com(iti) s(acrarum) l(argitionum).** Equos canonicos militares dioeceseos Africanae secundum subiectam notitiam singularum provinciarum ex praesenti duodecima indictione iussimus adaerari, in tribuendis viris clarissimis comitibus stabuli sportulis in binis solidis pro singulis equis servari consuetudinem decernentes. Quam formam quodannis observari praecipimus, ut secundum postulationem Gaudenti viri clarissimi comitis Africae devotissimo militi septeni solidi pro equis singulis tribuantur. Dat. XII kal. April. Med(iolano) Vincentio et Fravito cons.

Schema C - Indirizzi collettivi nell'inscriptio:

- < *rationalibus Hispaniarum* (X, 11, 1 - **317**) >
- *universis Episcopis per provincias diversas* (XVI 2, 10 - **353** ^{OCC})
- *ad viros clarissimos p(raefectos) p(raetori)o* (CTh VI, 27, 1; VII, 13, 1; 21, 2; VIII, 4, 5; 7, 4-6; XII, 1, 14 e 18, tutti parte della stessa legge - **354 ?**)
- < *comitibus (?) largitionum* (X 2, 1 - **378**) >
- *ad proconsules, vicarios omnesque rectores* (XI 6 - **382** ^{OCC})
- *rectoribus omnibus provinciarum* (VIII 1, 12 - **382** ^{OR})
- *omnibus vicariis* (I 15, 12 - **386**)
- *universis com(iti)b(us) et mag(ist)ris equit(um) et peditum* (XII, 1, 113 - **386** ^{OR})
- *Evagrio p(rae)f(ecto) Augustali et Romano com(iti) Aegypti* (XVI, 10, 11 - **391** ^{OR})
- *Abundantio, Stilichoni et ceteris com(itibus) et magistris utriusque milit(iae)* (VII 4, 18; 9, 3 - **393** ^{OR})
- *comitibus et magistris utriusque militiae* (I, 21, 1 - **393** ^{OR})
- *ad provinciales et ad proconsules* (VIII, 8, 6 - **395** ^{OCC})
- *Victorio proconsuli Africae et Dominatori vicario Africae* (I, 12, 6 - **398** ^{OCC})
- *Macrobio vicario Hispaniarum et Procliano vicario Quinque Provinciarum* (XVI 10, 15 - **399** ^{OCC})
- *p(raefectis) p(raetori)o et com(iti) s(acrarum) l(argitionum)* (XI 17, 3 - **401** ^{OCC}) *
- *comitibus et magistris militum* (VII 7, 5 - **415**) **N.B.** ► *tua magnificentia*

- *Urso p(raefecto) u(rbi) et Aureliano p(raefecto) p(raetori)o Or(ientis) et Strategio p(raefecto) p(raetori)o Ill(yrici) (VI 23, 1 - 415^{OR}).*

Iter di diffusione delle costituzioni attraverso la PPO

T 8. Nov. Val. XXIII [*De sepulcri violatoribus*] (emessa il 13 marzo; ricevuta il 27 marzo, pubblicata il 6 aprile 447):

inscriptio	DD(omini) nn(ostri) Impp(eratores) Theod(osius) et Valent(inianus) AA(ugusti) Albino II p(raefecto) p(raetori)o et patricio.
dispositivo (riduz. Porena)	Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris et post fata mortalibus, eorum, qui sepulcra violassent, capita persequendo. [...] 2. Commissorum talium foeditatem, ne diutius tempora nostra maculentur, hac edictali lege damnamus. [...] Sed quoniam plerumque statutis salubribus dissimulatione venalium iudicum negatur effectus, praesenti iubemus edicto , ut provinciae moderator adminiculo municipum fultus censuram nostrae legis exercent. [...] <u>Albine parens karissime atque amantissime</u> . 9. Inlustris et praecelsa magnificentia tua legem, quam pietatis et religionis amore concepimus, provinciis provinciarumque rectoribus celeriter innotescere propositis iubebit edictis , ut criminosis poena reddatur, innocenter viventibus gratulatio, pax sepultis.
subscriptio	Dat(a) III id(us) Mart(ias) Romae. Accepta VI kal(endas) April(es) Romae, Calepio v.c. cons(ule). Proposita in foro Traiani, VIII id(us) April(es), antelata edicto Albini viri inlustris II. praefecti praetorio et patricii.

Schema D: Riferimenti a editti prefettizi nella normativa successiva al CTh

- **Sirmondianae**: Sirm. 2 (405); 9 (408); 10 (420); 14 (409); (15 incompleta); 16 (408).

Es.: Sirm. 9 (27 novembre 427) Impp. Arcadius et Honorius Augg Theodoro iterum praef. praetorii [...] Quod inlustris magnificentia tua in omnium notitiam dati ad singularum iudices provinciarum litteris faciet pervenire, ut universis id proposita sollemniter edicta declarent.

Es.: Sirm. 14 (15 gennaio 409) Impp Honorius et Theodosius Theodoro viro inl. praefecto praetorii [...] Theodore parens carissime adque amantissime, quod inl(ustris) magnificentiae tuae praelatum litteris, proponendum edictis, in omnium volumus notitiam pervenire.

- **Novellae post-Teodosiane** (438-468): pressoché tutte le costituzioni indirizzate a PPO contengono – per lo più in calce, talvolta nel testo – l’ordine di divulgazione per mezzo di editti *ad provinciales* della normativa contenuta nel testo legislativo.

Posizione dell’editto rispetto all’epistola e luogo di affissione:

T 9a. Nov. Val. XXI, 1 [*testamenta*] (D 21 ottobre 446): Dd. nn. impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II praefecto praetorio et patricio. Iam dudum quidem divus avunculus noster, testamentorum compendia generali lege complexus, [...] Albine, parens karissime atque amantissime. 7. Idcirco inlustris et praecelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem mox in omnium pervenire notitiam **propositis** iubebit **edictis**, ut possit facile cognosci condendarum servandarumque legum curam nobis esse praecipuam. **Dat.** XII. kal. Nov. Rom(ae) Aetio patricio III. et Q. Aurelio Symmacho vv. cc. cons. **Proposita** in foro divi Traiani. **Antelata edicto** Albini II. praefecti praetorio et patricii.

T 9b. Nov. Val. XXV [*de libertis*] (D 3 giugno, P 9 giugno 447): Dd nn. impp. Theodosius et Valentinianus aa. Albino II praefecto praetorio et patricio. Cum iuris aequitas omnibus dominis in commune permiserit, fructu libertatis et praemio fortunam mutare servorum nec manumissoris posteros his graves esse conveniat, quos meliore iudicio tanti muneris auctor evexerit,[...] Albine parens karissime atque amantissime. 10. Inlustris et praecelsa magnificentia tua **propositis** reverenter **edictis** cunctorum sensibus aequitatem nostrae legis insinuet, ut, quanto studio et detestemur iniustos et libertati tribuamus favorem, totus ubi noster est orbis agnoscat. **Dat.** III. non. Iun. Romae, Calepio et Ardabure vv. cc. cons. **Proposita** in foro Traiani, V. id. Iun. **Antelata edicto** Albini vc.

T 9c. Nov. Val. XXVII [*triginta annorum praescriptio*] (D 17 giugno, P 20 luglio 449): Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Firmino praefecto praetorio. Boni principis cura vel prima vel maxima est, quietem provincialium propitia sollicitius mente tractare, quibus, quanto plus fuerit humanitatis impensum, tanto pronius amor devotionis incumbit [...] Firmine, parens karissime atque amantissime. 8. Inlustris et praecelsa magnitudo tua, per quam novimus universitatis quietem studiosa diligentia custodiri,

legem cunctis provinciis, universis litibus adplicandam propositis vulgabit edictis, ut post triginta, sicut dictum est, annos perniciose diversarum omnium causarum propositio conquiescat. **Dat.** XV kal. Iul. Ravennae, Asturio et Protogene vv. cc. cons. **Proposita** [scil. Romae] in foro Traiani, XIII kal. Aug., **sub edicto** Firmini viri illustri praefecti praetorio.

T 9d. Nov. Val. XXXIV [*praedia pistoria*] (D 13 luglio 451): Imp. Valentinianus A. Firmino praefecto praetorio et patricio. Ad auctores suos beneficia delata respiciunt nec minus plenam gratiam meretur, qui praestanda suggessit quam qui suggesta concedit. [...] Firmine parens karissime atque amantissime. 6. Itaque illustri et praecelsa magnificentia tua ad designatos provinciales **sub programme suo** nostra edicta faciat pervenire, ut, quanta nobis eorum cura sit, praesenti lege cognoscant. **Dat.** III. id. Iul. Romae, Adelfio vc. cons.

T 9e. CTh XI, 1, 25 (... 398):

Idem AA. (= Arcadius et Honorius) Minervio **com(iti) r(erum) p(rivatarum)**. [...] **P(ro)p(osita) in programme Vari viri clarissimi vicarii urb(is) Romae** Honor(io) A. IIII et Eutychiano cons.

- **Novellae di Giustiniano** (535-563): pressoché tutte le costituzioni giustiniane indirizzate a PPO contengono nell'epilogo l'invito dell'imperatore alla pubblicazione del contenuto della legge attraverso editti prefettizi a Costantinopoli e nelle province.

Es.: Nov. Iust. 60, ep. (13 dicembre 537): Tua igitur eminentia quae visa sunt nobis et per hanc divinam declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta secundum sollemnem modum edictis per provincias utens, ut nullam gentium lateat aliquid quod a nobis sancitur. In hac enim felicissima civitate gloriosissimus praefectus urbis haec proponet.

Schema E: Riferimenti a pubblicazione mediante editti nel CTh:

- CTh X, 19, 7 (19 marzo 370 / 373 ?): Idem AAA. ad Probum p(raefectum) p(raetori)o. [...] sinceritas tua universos per Illyricum et dioecesim Macedonicam provinciales **edicto** conveniat, ut nemo quemquam thracem ultra in possessione propria putet esse celandum [...].

- CTh XI, 13, 1 (19 gennaio 383): Imp. Gr(ati)anus, Val(entini)anus et Theod(osius) AAA. ad Probum p(raefectum) p(raetori)o [...] igitur sinceritas tua id ipsum per omnem Italiam, tum etiam per urbicarias Africanasque regiones ac per omne Illyricum **praelata oraculi huius auctoritate** firmabit;

- CTh VII, 18, 8 (27 febbraio 383): Idem AAA. ad Flavianum p(raefectum) p(raetori)o [...] quisquis desertorem vel a se receptum vel in suo latitantem cognoscit, nisi eum **ex die publicati huius edicti** intra duos menses adhibita inquisitione correptum ordinario iudicis offerre curaverit, [...].

- CTh X, 6, 1 (30 novembre 395): Imp. Arcad(ius) et Honor(ius) AA. Caesario p(raefecto) p(raetori)o. **Propositis** sublimis magnificentiae tuae minimi maximique moneantur **edictis**, ut sciant singulas auri libras [...].

- CTh IX, 42, 14 (13 febbraio 396): Imp. Arcad(ius) et Honor(ius) AA. Caesario p(raefecto) p(raetori)o [...] Hoc **edictis propositis** per omnes provincias praecipimus divulgari.

- CTh IX, 38, 9 (31 agosto 396): Imp. Arcad(ius) et Honor(ius) AA. ad Caesarium p(raefectum) p(raetori)o [...] excellens eminentia tua **edictis propositis** cunctis faciat innotescere, ne quis post hac civem Lycium contumelioso nomine iniuriae audeat vulnerare

- CTh VII, 19, 1 (20 luglio 399): Imp. Arcadius et Honorius AA. Messalae p(raefecto) p(raetori)o [...] hae possessiones, in quibus latebram conlocaverint, fisci nostri corporibus adgregentur, nisi protinus, **post edicti huius auctoritatem**, poenae ac legibus fuerint restituti;

- CTh XVI, 5, 37 (26 febbraio 400): Idem AA. Hadriano p(raefecto) p(raetori)o. Rescibitum, quod Donatistae a Iuliano tunc principe impetrasse dicuntur, **proposito programme** celeberrimis in locis volumus anteferri, et gesta, quibus est huiusmodi allegatio inserta, subnecti, quo omnibus innotescat et catholicae confidentiae stabilita constantia et Donatistarum desperatio fucata perfidia.

- CTh VIII, 4, 26 (17 febbraio 415): Idem AA. Anthemio p(raefecto) p(raetori)o. [...] Sanctione hac **edictis propositis** divulganda, ut provinciarum iudices sciant [...].

- CTh II, 27, 1 (28 luglio 421): Imp. Honor(ius), Theod(osius) et Constantius AAA. Palladio p(raefecto) p(raetori)o [...] et quamvis nescire promulgata non liceat, **per omnem hunc annum pendere iubemus edictum**.

- CTh VI, 23, 4 (16 marzo 437): [Idem AA. = Theodosius et Valentinianus AA.] Dario viro inl(ustri) p(raefecto) p(raetori)o Or(ientis). [...] Inl(ustris) auctoritas [tua] statuta nostrae clementiae **edictis proposit[is]** ad omnium notitiam faciet pervenire.

T 10. Iscrizione di Amorgo e CTh

D. Feissel, *Une constitution de l'empereur Julien entre texte épigraphique et codification (CIL III, 459 et CTh I, 16, 8)*, in *La Codification des lois dans l'Antiquité*, Paris 2000, pp. 315-337 (= *Documents, droit, diplomatique de l'Empire romain tardif*, Paris 2010, pp. 205-233) (AE 2000, 1370):

CIL III, 459

CTh I, 16, 8 (28 luglio 362)

<p>E(xemplum) S(acrarum) L(itterarum).</p> <p>Oboriri solent nonnul[lae] controuersiae quae not(ionem) requirant et examen iudicis celsioris, tum autem quaedam negotia sunt in quibus superfluum sit moderatorem exspectare provinciae. Quod nobis utrumque pendentibus rectum admodum visum est ut pedaneos iudices, hoc est eos qui negotia humiliora disceptent, constituendi daremus praesidibus potestatem. Ita enim et sibi partem curarum ipsi dempserint et tamen nihilominus quasi ipsi hoc munus administrabunt cum illi quos legere administren[t]. Cuius rei conscii ani[...] atque eminente[m ex]cellentiam tuam [san]cimus, Secunde paren[s] cariss[ime at]qu[e] ama[ntissime, // [-]icum e[...].]ici[...].]i[- -]gratissimum conc[- -]t are in quo publ[ico commodo] consulatur.</p> <p>vac. Ex(emplum) e.do[] ed.PPO? Inc<.>uaiaabicium t[.].n[.]c[.]tu[...] ut si{i} considmui[ca 11] c<.>s d<o>mino [..]cit[.....] victori ac trium<ph>a<to>r[i ca 10] i<.>m<.>e consuli[.] ut si[.] p[e]d[anei] iudices c<.>usatui iuva[.....] radisceiuq<.>nticai ut eius[...] abic<.>s qubuiminaiit[.....] g<.> t>radit <.>tu<.>dip[ca 10] [au]xi iu<m> cuiq [ca 15] ca [pr]ovidebit ut e[ca 12] [ca 10 linn. ?]</p>	<p>Imp. Iulianus A. Secundo PPO.</p> <p>Quaedam sunt negotia in quibus superfluum est moderatorem exspectari provinciae. Ideoque pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora disceptent, constituendi damus praesidibus potestatem.</p> <p>Dat. V kal. Aug. Antiochiae Mamertino et Nevitta cons.</p>
---	---

T 10a. CTh XVI, 5, 20 (19 maggio 391):

Exemplum sacrarum litterarum. Haereticorum polluta contagia pelli urbibus, vicis proturbari ac nullis penitus iubemus patere conventibus, ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum perversitati vel publica conventicula vel latentiora erroribus secreta tribuantur. **Dat.** XIII kal. Iun. **Romae** Tatiano et Symmacho vv.cc. cons.

Testo integrale e riduzione Teodosiana:

T 11. Sirm. 12 (D 25 novembre [407], P 5 giugno 408) e CTh XVI, 5, 43 e XVI, 10, 19 (D 15 novembre 408!):

<p>Imp. Honorius et Theodosius Augg. Curtio praefecto praetorii. Profanos haereticorum spiritus superstitionemque gentilium vel sola quidem religiosorum virorum sacerdotum dei in observandis sollicitudo criminibus,</p>	
--	--

sedulitas in monendo, auctoritas in docendo emendare debuerat. Nec nostrarum tamen legum scita cessarunt, quae in Dei omnipotentis cultum poenae etiam terrore proposito reducerent deviantes, ignaros quoque in ministeria divina formarent. Sed nimirum ipsa vis mali humana pariter ac divina permiscens deceptos plerosque persuasionibus pravis tam in praesens quam in futurum impellit exitium et Deo simul ac nobis perdit infelicitium vitas, quas et hic legibus dedit et illic cogit ferre iudicium. Compulsi igitur Donatistarum pertinacia, furore gentilium, quae quidem mala desidia iudicium, coniventia officiorum, ordinem contemptus accendit, necessarium putamus iterare quae iussimus. Quapropter omnia, quae in Donatistas, qui et Montenses vocantur, Manichaeos sive Priscillianistas vel in gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci, ita ut aedificia quoque vel horum vel Caelicolarum etiam, qui nescio cuius dogmatis novi conventus habent, ecclesiis vindicentur. Poena vero lege **proposita** velut convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint vel catholicorum sacerdotum scaevae religionis obtentu communionem refugerint, quamvis christianos esse se simulent. Iam vero templorum detrahantur annonae et rem annonariam iuvent expensis devotissimorum militum profuturae. Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisque consistunt et quae aliquem ritum vel acceperunt vel accipiunt paganorum, suis sedibus revellantur, cum hoc repetita sciamus saepius sanctione decretum. Aedificia ipsa templorum, quae in civitatibus vel oppidis vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur. Arae locis omnibus destruantur omniaque templa in possessionibus nostris ad usum adcommodos transferantur, domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere convivia vel quicquam sollemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum haec ipsa prohibendi ecclesiasticae manus tribuimus facultatem. Nam et agentum in rebus executionem Maximi, Iuliani, Eutychi, ut ea, quae generalibus legibus contra donatistas, manichaeos adque huiuscemodi haereticos vel gentiles statuta sunt, impleantur, indulgimus. Qui tamen scient in omnibus modum statutorum esse servandum, ut ea, quae contra vetitum videntur esse commissa, mox iudicibus iuxta vim legum deferant vindicanda. Quos quidem viginti librarum auri poena statutae dudum multae constringet, pari multa officiis ordinibusque proposita, si haec quae statuimus eorum fuerint dissimulatione neglecta, **Curti parens carissime adque amantissime. Quod ad continendos hominum mores religionemque provisum et ad rectores provinciarum sublimis magnificentia tua faciet pervenire** et digno per omnes iubebit vigore servari.

Data VII kal. Decemb. **Romae** <scil. Honorio VII et Theodosio II AA: cons. >; **proposita Carthagine** in foro **sub programme Porphyrii proconsulis** nonis iuniis, Basso et Filippo vv. cc. cons.

CTh XVI. 5. 43

Idem AA. Curtio p(raefecto) p(raetori)o. Omnia, quae in Donatistas, qui et Montenses vocantur, Manichaeos sive Priscillianistas vel in gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci, ita ut aedificia quoque vel horum vel Caelicolarum etiam, qui nescio cuius dogmatis novi conventus habent, ecclesiis vindicentur. Poena vero lege proposita velut convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint vel catholicorum communionem refugerint scaevae religionis obtentu, quamvis christianos esse se simulent. ET CETERA. **Dat. XVII kal. Dec. Romae Basso et Philippo cons.** CTh XVI, 10, 19 Imppp. Arcadius, Honorius et Theod(osius) AAA. Curtio p(raefecto) p(raetori)o. POST ALIA: Templorum detrahantur annonae et rem annonariam iuvent expensis devotissimorum militum profuturae. Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisque consistunt et quae alicubi ritum vel acceperunt vel accipiunt paganorum, suis sedibus evellantur, cum hoc repetita sciamus saepius sanctione decretum. Aedificia ipsa templorum, quae in civitatibus vel oppidis vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur. Arae locis omnibus destruantur omniaque templa in possessionibus nostris ad usum adcommodos transferantur; domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere convivia vel quicquam sollemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum haec ipsa prohibendi ecclesiasticae manus tribuimus facultatem;

iudices autem viginti librarum auri poena constringimus et pari forma officia eorum, si haec eorum fuerint dissimulatione neglecta. **Dat. XVII kal. Dec. Romae Basso et Philippo cons.**

Emissioni dall'officium del PPO

T. 12a. CTh VIII, 4, 6 (22 maggio 358):

Idem A. (= Constantius) ad Taurum p(raefecto) p(raetori)o. Primipilaribus, qui ad pascendos milites sollemniter ad limitem destinantur, gravia sustinentibus detrimenta hoc modo credidimus consulendum, ut duces, qui multa eis extorquere firmantur, nomine munerum vel sportulae nihil amplius percipiant quam percipiebant patre nostro perennis memoriae regente rem publicam, ita ut species a primipilaribus ipsa praestetur nec in nummum aurumve dirigatur, ne super immensitate pretiorum necessitas conquerendi exsurgat. Hac igitur remota iniuria idonei mittantur, qui ex more susceptis omnibus alimoniis militaribus easdem pervehere contendunt, actis apud rectorem provinciae conficiendis, per quae designabitur, quantus specierum modus in usum alimoniae militaris a primipilaribus praebetur et quid ob munera ducibus mittenda vel sportulam, cuius habet notitiam officium praesidale. **Dat. epistula <a> praefecto, cui haec sacra fuerat antelata, XI kal. Iun. Med(iolano)** Datiano et Cereale cons.

T 12b. CTh VIII, 11, 3 (13 febbraio 369 [365 Seeck, Pergami, Schmidt-Hofner]):

Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Mamertinum p(raefectum) p(raetori)o. Si quando faustorum nuntiorum gaudia provincialibus intimantur quotiensque quid per terrarum orbem disseminatur, seu militum illustres victoriae seu strages hostium aut nostri triumphus perferuntur vel hi quos geremus aut deferimus consulatus, nulli publica distributione et arbitrio iudicis munera, quae vocant sportulas, deputentur. Ceterum si quis iudicum vim decretorum nostrorum violaverit, eius rei, quae viritim distributa fuerit et coacta, duplicem poenam subbit aut officium quoque, quod ei paruerit, in quattuor partibus multa exaggerata constringat. Honorati vero et urbibus suis eminentes ex arbitrio suo, quantum mens tulerit, largiantur. **Missa a p(raefecto) p(raetori)o die id. Feb. Med(iolano)** Valentiniano nb.p. et Victore v.c. cons.

T 12c. CTh XVI, 2, 15 (30 giugno 360):

Idem A. et Caes. (= Constantius et Iulianus) ad Taurum p(raefectum) p(raetori)o. In Ariminensi synodo super ecclesiarum et clericorum privilegiis tractatu habito usque eo dispositio progressa est, ut iuga, quae videntur ad ecclesiam pertinere, a publica functione cessarent inquietudine desistente: quod nostra videtur dudum sanctio reppulisse. Clerici vero vel hi, quos copiatas recens usus instituit nuncupari, ita a sordidis muneribus debent immunes adque a collatione praestari, si exiguis admodum mercimoniis tenuem sibi victum vestitumque conquirent; reliqui autem, quorum nomina negotiatorum matricula comprehendit eo tempore, quo collatio celebrata est, negotiatorum munia et pensationes agnoscant, quippe postmodum clericorum se coetibus adgregarunt. De his sane clericis, qui praedia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquam statuet excusare, sed etiam pro his, quae ipsi possident, eosdem ad pensanda fiscalia perurgueri. universos namque clericos possessores dumtaxat provinciales pensationes fiscalium recognoscere iubemus, maxime cum in comitatu tranquillitatis nostrae alii episcopi, qui de italiae partibus venerunt, et illi quoque, qui ex hispania adque africa commearunt, probaverint id maxime iuste convenire, ut praeter ea iuga et professionem, quae ad ecclesiam pertinet, ad universa munia sustinenda translationesque faciendas omnes clerici debeant adtinere. **Dat. epistula prid. kal. Iul. Med(iolano)** Constantio A. X et Iul(iano) III Caes. cons.

T 12d. CTh VIII, 1, 8 (27 novembre 363):

Idem A. (= Iovianus) ad Mamertinum p(raefectum) p(raetori)o. Iubemus omnes numerarios, non eos modo, quos plebe confusa vulgus abscondit, sed primos etiam et magistrorum eorum, officii sedis amplissimae, tum autem iudicum ceterorum, solutos penitus militaribus sacramentis condicionales etiam fieri, ne dignitas fraudibus faciat umbraculum, per quinquennium perinde inservire scriniis. Quippe admodum iniquum videtur pro alienis fraudibus rudes et nuper adscitos adiutores compelli ratiocinia praestare adque his imminere periculum. **Dat. epistula <a> p(raefecto) p(raetori)o V kal. Dec. Viminacio** Iuliano a. IIII et Sallustio cons.

T 12e. CTh VIII, 5, 28 (28 dicembre 365 [368 Seeck, Pergami, Schmidt-Hofner]):

Idem AA. (= Valentinianus Valens) ad Probum p(raefectum) p(raetori)o. Quod iam Gallis prodest, ad Illyricum etiam Italiaeque regiones convenit redundare, ut non amplius raeda quam mille pondo subvectet, angariae mille quingenta sufficiant, veredo ultra triginta nullus imponat. **Directa V kal. Ian. Sirmio** Valentiniano et Valente AA. cons.

T 12f. CTh VIII, 1, 3 (5 maggio 333):

Idem A. (= Constantinus) ad Maximum p(raefectum) p(raetori)o. Utilitate suadente annonarios et actuarios condicionales esse praecipimus, annonis etiam adiuvari et capitationem eorum qui censiti sunt haberi immunem. Ideoque tua sollertia competentia monebit officia, ut actuariis binas annonas, annonariis vero singulas protinus subministrent, capitationem quoque ipsorum tantum, qui ex his censiti sunt, faciat haberi immunem, quoad in actu fuerint constituti, nam postea vel laus eos et dignitas honorabit vel, si in culpa fuerint deprehensi, poena comitabitur. **Emissa III non. Mai.** Dalmatio et Zenofilo cons.

T 12g. CTh XI, 30, 30 (18 dicembre 362 [363 Seeck]):

Idem A. (= Iulianus) ad Germanianum p(raefectum) p(raetori)o. His, qui tempore competenti non appellant, redintegrandae audientiae facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra praefectos Urbi seu proconsules seu comites Orientis seu vicarios sub specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a renovanda lite pellantur. Nobis enim moderantibus rem publicam nullum audebit iudex provocationis perfugium iurgantibus denegare. Qui vero vim sustinuerint, contestatione publice proposita intra dies videlicet legitimos, quibus appellare licet, causas appellationis evidenti adfirmatione distinguant, ut hoc facto tamquam interposita appellatione isdem aequitatis adminicula tribuantur. **Emissa XV kal. Ian.** Mamertino et Nevitta cons.

T 12h. CTh VIII, 6, 1 (25 gennaio 365 [366 Seeck, Schmidt-Hofner (Reims); Pergami (Roma)]):

Imp. Valentinianus et Valens AA. ad Rufinum p(raefectum) p(raetori)o. Nemini ex his, qui ex castrensibus muniis absoluti ad domum redeunt post labores, tractoria praebetur a sacro separata iudicio, sed unusquisque in epistulis nostris, quibus ad aevi reliqui testimonium singulos sequimur, viaticum conficiendi itineris consequatur. Hanc igitur sanctionem sinceritas tua congrua auctoritate custodiat ac, si quando aliquis ex hoc genere hominum annonas poposcerit, imperialibus litteris sua subscriptione subiecta modum debitae praebitionis impertiat. Sed ne quis, ut hactenus factum est, quas superfluas impetraverit, largiatur aut vendat, ne quis ad quaestum de hac erogatione capiendum ulterius nomen opponat. **Emissa sub die VIII kal. Feb. Rom(ae) Valentiniano et Valente AA. cons.**

T 12i. FV 35 e CTh III, 1, 2 (4 febbraio 337):

FV 35 (D 30 agosto; A 19 settembre 313?)

Augg. et Caess. Nulla verecundiae vel quietis mora vel quolibet intervallo cunctandi passim nunc singuli, modo populi proruentes nostros in obtutus sic uniformes querellas isdem fere sermocinationibus volutarunt, ut nec interpellantium credulitati valeret occurri nec allegationum qualitas disparari, parens carissime atque amantissime nobis. Pari siquidem exemplo vociferationibus consertis multitudines memorarunt non iuste res suas esse divenditas, aliis possidentibus se fiscalia luere, frequenti denique obsecratione delata remedium cupiuerunt. (2) His sumus valde permoti, verentes ne alicuius calliditatibus aversabili emolumento persuasi res suas venderent sine censu ac post subsidia nostrae mansuetudinis precarentur. Itaque versutus calliditatis commenta miscensibus, dum insidiarum fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes, detrimento census nocentes levaremus. (3) Has fraudes, hos dolos, istas argutias lege prohibemus, constitutione secludimus, et idcirco iustae providentiae consulta deliberatione sancimus, ut omnino **qui comparat rei comparatae ius cognoscat et censum, neque liceat alicui rem sine censu vel comparare vel vendere.** Inspectio autem publica vel fiscalis esse debet hac lege, ut si aliquid sine censu venierit et post ab aliquo deferretur, venditor quidem possessionem, comparator vero id quod dedit pretium fisco vindicante deperdat. (4) Id etiam volumus omnibus intimari nostrae clementiae placuisse neminem debere ad venditionem rei cuiuslibet adfectare et accedere, nisi eo tempore, quo inter venditorem et emptorem contractus sollemniter explicatur, certa et vera proprietas vicinis praesentibus demonstretur: usque eo legis istius cautione currente, ut etiamsi subsellia vel ut vulgo aiunt scamna vendantur, ostendendae proprietatis probatio compleatur. (5) Hinc etenim iurgia multa nascuntur; hinc proprietatis iura temerantur; hinc dominiis vetustissimis molestia comparatur, cum caecitate praepropera et rei inquisitione neglecta, luce veritatis omissa nec perpetuitate cogitata domini, iuris ratione postposita ad rei comparisonem

CTh III, 1, 2 (4 febbraio 337):

Idem A. (= Constantinus) **ad Gregorium.**

Qui comparat, censum rei comparatae cognoscat: neque liceat alicui, rem sine censu vel comparare vel vendere. Inspectio autem publica vel fiscalis esse debet hac lege, ut, si aliquid sine censu venierit, et id ab alio deferretur, venditor quidem possessionem, comparator vero id, quod dedit pretium, fisco vindicante, perdat. Id etiam placuit, neminem ad venditionem rei cuiuslibet accedere, nisi eo tempore, quo inter venditorem et emptorem contractus sollemniter explicatur, certa et vera proprietas a vicinis demonstretur; usque eo legis istius cautione currente, ut, etiamsi subsellia vel, ut vulgo aiunt, scamna vendantur, ostendendae proprietatis probatio compleatur.

<p>accidunt, omissis omnibus dissimulatis atque neglectis id properant atque festinant, ut quoque modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et venditorem sollemnia celebrentur: cum longe sit melius, sicuti diximus, ut luce veritatis, fidei testimonio publica voce, sub clamationibus populi idoneus venditor adprobetur, quo sic felix comparator atque securus aevo diuturno persistat. (6) Quod pro quiete totius successionis eloquimur, ne forte aliquis venditor suum esse dicat, quod esse constat alienum, idque comparator malo venditore deterior incautus et credulus, cum testificantibus vicinis omnia debeat quaerere, ab universorum disquisitione dissimulet; quem sic oporteat agere, ut nec illud debeat requiri quod ex iure dicitur: 'si a domino res vendita sit'. (7) Ita ergo venditionum omnium est tractanda sollemnitas, ut fallax illa et fraudulenta venditio penitus sepulta deperat. Cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti circumspectione quaesita per universas successiones tuto decurrant neque aliquem ex improvidentia casum malignae captionis horrescant.</p> <p>Data III kal. Sept. a praefecto [praetorio] ad correctorem Piceni Aquileia; accepta XIII kal. Oct. Albae Constantino Aug. III. cons.</p>	<p>Nec inter emptorem et venditorem sollemnia in exquisitis cuniculis celebrentur,</p> <p>sed fraudulenta venditio penitus sepulta deperat.</p> <p>Dat. prid. non. Februar. Constant(ino)p(oli), Feliciano et Titiano cons.</p>
--	--

T 12L. CTh II, 8, 18; VIII, 8, 3; XI, 7, 13 (P Aquileiae 3 novembre, A Romae 24 novembre 386):

<p>CTh.2.8.18 [Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Principium p(raefectum) p(raetori)o. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conventionum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; nec apud ipsos quidem arbitros] vel iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. P(ro)p(osita) III non. Nov. Aquil(eiae); accepta VIII k. Dec. Rom(ae) Honorio n.p. et Euodio cons. .</p>	<p>CTh VIII, 8, 3 Idem AAA. ad Principium p(raefectum) p(raetori)o. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conventionum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; ne apud ipsos quidem arbitros vel in iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instituto rituve deflexerit. P(ro)p(osita) III non. Nov. Aquil(eiae); accepta VIII k. Dec. Rom(ae) Honorio n.p. et Euodio cons.</p>	<p>CTh XI, 7, 13 Idem AAA. ad Principium p(raefectum) p(raetori)o. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium et negotiorum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; ne apud ipsos quidem arbitros vel e iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. P(ro)p(osita) III non. Nov. Aquil(eiae); accepta VIII k. Dec. Rom(ae) Honorio n.p. et Euodio cons.</p>
---	--	--

T 12m. CTh VII, 7, 1 (23 settembre 365):

Imppp. Vlentianus et Valens AA. ad Germanianum c(omitum) s(acrarum) l(artitionum). **Dedimus litteras ad viros clarissimos praefectos praetorio**, ut ab his conventi **rectores provinciarum** scirent in locis rei privatae augmenta pensionum non esse facienda neque sinerent pasqua animalium ex rebus privatis nostris provincialium licitatione praerberi. Dat. V kal. Feb. Romae (?) Valentiniano et Valente AA. cons.

T 12m-bis. CTh I, 9, 2 (P 9 marzo 386):

Imppp. Valentinianus, Thed(osius) er Arcad(ius) AAA. ad Principium magister officiorum. [...] **P(ro)p(osita) Hadrumeti VII id. Mart. post consulatum Arcadi A. I et Bautonis v.c.**

T 12m-ter. CTh IX, 42, 5 (P 9 marzo 362): Imp. Iulianus A. ad Felicem com(ite)m s(acrarum) l(artitionum). [...] **P(ro)p(osita) Rom(ae) VII id. Mart. Mamertino et Nevitta cons.**

T 12m-quater. CTh VII, 8, 11 (10 gennaio 414):

Idem AA. (= Honorius et Theodosius) Probo c(omiti) s(acrarum) l(artitionum). POST ALIA: De hospitalitate iudicum et omnium personarum quid sibi etiam ipse possessor praesumere debeat quae censura omnia, quae ad sui dispendium pertinebunt, submota sint, iam missa super hac re auctoritas declaravit. **Praelata litteris ad Eutythianum praef. fundi (urbi = Cuiacius) die III id. Ian. Constantio et Constante vv.cc. cons.**

T 12n. CTh VIII, 5, 22 (18 febbraio / 29 marzo 365 [366 Seeck, Pergami, Schmidt-Hofner]):

Idem. AA. (= Valentinianus et Valens) ad Volusianum p(raefectum) u(rbi). Cunctos iudices laudanda tua sinceritas monebit, ut minime quosque transire patiantur, antequam seriem evectiois aspexerint et congrua subnotatione dimiserint. sane cuiuscumque fuerit dignitatis qui nostra interdicta calcaverit, retentetur, dum super ipsius nomine ad mansuetudinem nostram querella dirigatur, cui vindicta non deerit. In eos autem protinus ultio competens exserenda est, quos sinceritas tua pro loco graduque militiae ibidem coherceri posse crediderit. Praeterea illud adiungimus, ut parhippum vel avertarium nullus accipiat, nullus impune praesumat, nisi eum nostrae serenitatis arbitrio aliqua necessitate cogente vir illustris magister officiorum textui evectiois addiderit. **Prolata litteris** sub die XII kal. Mart. **Romae; acc(epta)** IIII kal. April. **Venabri** consulatu Valentiniani et Valentis AA.

T 12o. CTh V, 15, 17 (D-P 27 ottobre 364):

Idem AA. (= Valentinianus et Valens) ad Mamertinum p(raefectum) p(raetori)o. Super fundis emphyteuticis seu patrimonialibus divus iulianus legem consultissimam dedit, scilicet ut, qui ex his vel ad privatorum iura transissent vel minuto canone condicionis fisco locationibus tenerentur, ad statum retraherentur antiquum. hanc legem quidam iudicum interpretati pravius sunt quam utilitas publica postulabat, ut eiusmodi praedia ex rebus privatis nostris eruentes ibi tantummodo satisfacerent legi, ubi non intererat fisci vectigalibus, utrumne privato iure an emphyteutico possideret. Quamquam igitur animadvertimus esse consultius in eodem statu fundi maneat, in quo ante legem divi iuliani fuerant, de quibus tamen nihil specialiter statuit, ab his, quibus omnia deinceps erogata sunt, auctoritas tua redhiberi eos maturo iubebit auxilio. erga ceteros sane fundos, quos recentium principum effusio aut perpetuo iure donavit aut deminuto canone concessit emphyteuticariis obtinendos, edictum comprehensi principis auctoritas tua valere praecipiat. **Dat(a) et p(ro)p(osita) Rom(ae)** VI k. Nov. divo Ioviano et Varroniano cons.

T 12p. Editto di Glicerio (Ravenna 11 marzo 473) con editto PPO (Roma 29 aprile 473) (G. Haenel, *Corpus legum ab imperatoribus romanis ante Iustinianum latarum quae extra constitutionum codices supersunt*, Lipsiae 1857, p. 260 col 1 e 2):

